

ab horrenda dēmonum societate, & à uilissima peccati seruitute, restituit bona spiritualia, quę homo amiserat per peccatum. Societatem, idest spiritualemente cōmunionem bonorum ecclesię, quę dicit, Particeps ego sum omnium timendum te. de filio irę filium gratię reddit, de filio diaboli filium Regis altissimi, & per cōsequens efficit heredem Dei, cōheredem autem Christi.]

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio qualis in lege natura, tum in lege scripta, & tandem in lege noua.
- 2 Confessio sacramentalis, ubi, quando, & à quo instituta.
- 3 Confessio necessaria ex Christi institutione.
- 4 Confessorem peccatorum cognitionem habere oportet.
- 5 Pręcepta ecclesię, an diuina dicantur, & lex diuina proprie qua.
- 6 Papa licet quo ad sacramenta, & fidei articulos proprie non dispenset, & num. 8. bene tamen improprie interpretando. nu. 9. & 10.
- 7 Papa an destruere possit statuta Concilii, vel Apostolorum.
- 11 Necessarium duplex, absolute, & ex suppositione.
- 12 Intellectus ad sex. in c. omnis, de pœnit. & remis.
- 13 Aetas, quę ad confessionem idonea, num. ad communionem.
- 14 In uoto simplici, vel solemnii quę etas requiratur.
- 15 Aetas in ordinibus sacris quę necessaria.
- 16 Pubertas in matrimonio, & annus 25. in administratione bonorum requiritur.
- 17 Sacramentum pœnitentię quare ad infideles non perineat.
- 18 Infideles in duplici sunt discrimine. Saraceni unde dicti, & Iudæi quomodo à paganis distinguantur.
- 19 Infideles, quibus ligentur.
- 20 Ad confessionem semel in anno faciendam an teneatur Papa, qui quemcunque confessionem eligi. nu. seq.
- 22 Princeps leges obseruare, qua ratione te-

neatur, & cur dicatur legibus soluius. num. 24.

- 23 Papa, quomodo, & quare possit in confessione cum causa dispensare.
- 25 Papa in commutandis, vel corrigendis legibus sui prædecessoris, cur excusatione utatur.
- 26 Princeps nec de plenitudine potestatis contra initium contractum cum subdito uenire potest.
- 27 Hermaphroditus, quare cōfiteri teneatur.
- 28 Constitutio pœnalis, quo casu extendenda.
- 29 Aetas eadem in confessione requiritur, qua in confirmatione, & extrema uentione. nu. 30.
- 31 Vnctio extrema pueris rationis usum non habentibus, cur non danda.
- 32 Fidelis unusquisque confiteri tenetur.

De necessitate confessionis.
Cap. VIII.

VXta Aristotelis doctrinam 2. Poster. 20. prius querendum est, an res sit, quàm quid sit. Et quia in moralibus idē est rem esse necessariā, vel cōmodam, alioquin superflua esset: Idē primo queritur de necessitate confessionis, quàm de eius quiditate. Et quia questio hęc, an omnes teneantur ad confessionem, pendet ex altera: Quo scilicet iure introducta sit: ideo pro maiori eius intelligētia notanda sunt hæc. Et primo, quod confessio † aliter erat necessaria in lege naturę, aliter in lege Moysi, aliter in lege noua. In lege enim naturę cōfessio erat tantum necessaria mētalis apud Deum, & hæc cōsistebat in peccati cognitione: sufficiebat enim apud Deū interior cognitio peccati. Vnde de hoc Adam vituperatur, quia peccatū suum coram Domino non recognouit. In lege uero scripta, quę umbrā erat, & figura legis nouę, caput exterior cōfessio quodammodo esse, nō quidem uocalis, & distincta: quia tunc non tenebantur homines ad confessionem specialem, & distinctam: